Septuagesimo Primo, confecto conscripto, manibus sui Recognoscentium propriis ab utrinque subscripto, et Actis Terrestribus Praemysliensibus cum interpositione Vadij Mille Ducentorum Florenorum Polonicalium, roborato eiusque Inscriptione Roborateria Terrestri Praemysliensi, tum de alijs quibuscunque Interceisis et contractibus roboratis et non roboratis earumque roborationibus, ad diem hodiernam servientibus ob plenariam et sufficientem praestitam ab utrinque satisfactionem. quietant, emittunt, dimittunt liberosque et absolutos faciunt et perpetue pronuntiant, Scriptum hoc idem manuale, eiusque Inscriptionem Roborateriam, tum et alias quascunque Intercisas et contractus inter se Recognoscentes confectas et conscriptas, tam roboratas, quam non roboratas ad diem hodiernam Servientes, tum et illarum roborationes in toto et per omnia Cassant, mortificant et annihilant. Sibi Suisque posteris ratione praemissorum omnium perpetuo imponendo silentium.

Feria Quarta pridie Festi Sanctae Agnetis Virginis et Martyris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Secundo.

20 I T.

Morsztynowa et Brzescianska mutuo sese Quietant. 908

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus personaliter Comparentes Generosa

Catherina in Ostrow Morsztynowa olim Generosi Stanislai de Raciborsko Morsztyn Tribuni Terræ Sandomiriensis Consors derelicta Vidua ab Una et Zophia de Pobidno Brzesianska Generosi olim Caroli de Kybolycze Brzesianski itidem Consors derelicta Vidua, partibus ab altera sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus Juribus, Juris dictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, præsenti vero Castrensi Capitaneali Præmisliensi Jurisdictioni quo ad actum modernum attinet secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quælibet illarum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsæ sese mutuo et invicem Una pars alteram cum personis Utriusque partis de Intercisa certa interse Recognoscentes, ratione bonorum Villæ Kniazyce, aliarumque rerum et Conditionum in eadem Intercisa contentarum de actu et data illius hic Præmysliæ, Feria Quarta post Festum Sancti Andreæ Apostoli proxima Anno proxime et immediate præterito Millesimo Septingentesimo Septuagesimo Primo confecta conscripta, manibus sui Recognoscentium propriis ab Utrinque subscriptam et Actis officii præsentis, cum interpositione Vadii Quatuor Millium Florenorum Polonicalium ad tenendum firmata et roborata, atque de eadem ipsa Inscriptione Roboratione Castrensi Præmysliensi, omnibusque et singulis tam Intercisæ memoratæ quam et eius Inscriptionis Roborationis, conditionibus punctis clausulis, articulis, Vadio ligamentis ac nexibus generaliter Universis ob sufficientem et plenariam sibi Recognoscentibus in præmissis ab Utrinque præstitam satisfactionem quietant emittunt, dimittunt

liberasque

liberasq et absolutas faciunt et perpetuo pronunti=
ant, Interceisam præfatam cum eius Inscriptione Robora=
toria Castrensi Præmysliensi in toto et per omnia Cassant
mortificant et annihilant sibi Suisq posteris ratione
præmissorum omnium perpetuum imponendo Si=
lentium.

Morsztynowa Brzescianskiey Obligat. 909

Comparens personaliter Coram officio et Actis præsenti=
bus Castrensibus Capitanealibus Præmisliensibus Ge=
nerosa Catherina in Ostrow Morsztynowa olim Generosi
Stanislai de Raczyborsko Morsztyn Tribuni Terræ Sandomiri=
ensis Consors derelicta Vidua Sana mente et corpore exi=
stens a Terris Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq Suis qui=
busuis propriis et competentibus recedendo, præsenti vero
Castrensi Capitaneali Præmysliensi Iurisdictioni, quo ad actum
præsentem attinet, seipsum Successoribus, ac bonis suis ge=
neraliter, omnibus totaliter et plenarie incorporando atq
subyciendo palam, libere, publice, ac perexpressum recogno=
uit. Quia ipsa bona sua propria et hæreditaria Videlicet to=
tam et integram Villam Kniazyce in Terra et Districtu præ=
senti Præmysliensi iacentia et consistentia cum omni præmis=
sorum Iure Dominio proprietate titulog obligatorio, cumq
omnibus et Singulis, eorundem bonorum Vtilitatibus, fructi=
bus, prouentibus, reditibus, commodis emolumentis, obuen=
tionibus tum cum Curia ædificiis, fructibus, Prædiisq ibidem
sitis, agris, pratis campis pascuis pascuanis, syluis, boris
gais, nemoribus, indaginibus, rubetis Vepretibus, Virgultis